

» instrumenti et authentici, faciunt, constituunt, creant et ordinant  
» suos et dictae reipublicae veros, legitimos et indubitatos procu-  
» ratores, actores, factores, negotiorum gestores, syndicos et nun-  
» cios speciales et generales, ita tamen quod specialitas generali-  
» tati non deroget, nec e contra magnificos et praestantes, viros  
» dominos Dominicum Trivisanum equitem, procuratorem, Leo-  
» nardum Mocenigo, Aloysium Malipetro, Paulum Capellum equi-  
» tem et Hieronymum Donatum doctorem, nobiles venetos ad  
» praesens in romana curia residentes, absentes tamquam prae-  
» sentes, sed me notario publico eorum nomine singulariter stipu-  
» lanti et recipienti, ac unumquemque eorum in solidum et de per  
» se ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus  
» incoeperit alius et ipsorum quilibet prosequi, mediare valeat et  
» finire, et ad effectum perducere, specialiter et expresse ad com-  
» parendum coram praefato sanctissimo ac beatissimo domino no-  
» stro domino Julio divina clementia sacrosanctae romanae et uni-  
» versalis ecclesiae pont. max. ad confitendum et recognoscendum  
» literas apostolicas monitoriales alias per praefatum S. D. N.  
» decretas sub Datum anno Incarnationis Dominicae M. D. IX.  
» quinto kal. Maji, pontificatus ejusdem anno sexto, contra praefa-  
» tos illustres principem ac universam civitatem Venetiarum terras  
» et loca sua, ad eorum notitiam pervenisse ac legitime et ex veris  
» et legitimis de causis processisse, ac propterea renuntiantes ap-  
» pellationi et protestationi in scriptis per eos interpositae et ad-  
» missioni ipsius et aliis quibusvis actibus super inde secutis ac  
» si nunquam factae vel facti fuissent, ita quod nullius sint roboris  
» vel momenti: Et insuper ad petendum humiliter et devote a  
» sanctitate sua veniam et absolutionem a censuris in eis conten-  
» tis, et quibusvis aliis et interdicti in illis contenti relaxationem  
» et eam vel eas dicto universali nomine devote recipiendum: Et  
» insuper ad infrascripta omnia et singula agendum, tractandum,  
» concludendum et fine debito terminandum cum sanctitate sua:  
» Ac instrumentum cum capitulis, clausulis, conditionibus et